



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 46. Caroli consilia de bello Neapolitano.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Sæcul. XV.  
A.C. 1493.

*Nogent.*

lesii Comitatus, unacum Nonigentana toparchia restituantur, salvis supremi principatus juribus Galliarum Regi propriis. II. Cordæus Marecallus Ariam, Hedenam, & Bethuniam urbes occupet, donec Archidux vigesimum ætatis annum emensus fuerit, quo expleto præfatæ civitates eidem restituantur, præstito clientelaris obsequii Sacramento, quod jure fiduciario Carolo Regi debitum esset. III. Galliarum Rex Atrebatum recuperet, urbisque Præfectum constituat. IV. Regi cedant Maconensis, Antiffiodorensis, & Bariensis ad sequanam Comitatus, usque dum de controverfo eorum jure inter partes conventum fuerit. V. Judicum sententia decidantur cunctæ lites inter Regem Franciæ, & Romanorum Regem circa Atrebatense foedus exortæ, id ipsum etiam Archidux tutoris potestatem egressus præstito jurejurando ratum habeat. His partibus Burgundiæ & Artesiæ Comitatus ab imperio gallico distracti, non nisi sero admodum tempore eidem denuo aggregati fuere.

§. XLVI.

*Caroli consilia de bello Neapolitano.*  
Postquam Carolus diffidiis cum Angliæ Rege, Ferdinando & Isabella, necnon Romanorum Rege compositis, regno suo optatæ pacis otium conciliaverat,  
unice



unice eo curas intendit, ut subigendi Sæcul. XV.  
 Neapolis regni consilium exequeretur; A. C. 1493.  
 ut vero ceterorum animos causæ suæ  
 propitios redderet, Leonardo Baronnato  
 libellorum supplicum Magistro negotium  
 dedit, ut Diploma ederet, in quo Re-  
 gis jura in Neapolis regnum palam face-  
 ret; summam eorum, quibus Rex hu-  
 jus belli æquitatem vindicare conatus  
 est, impræsentiarum referamus.

## §. XLVII.

*Regis Jura in hoc Regnum.*

Neapolis Regnum Longobardis pare-  
 bat, usquedum eorum imperium a  
 Carolo Magno anno Christi septingente-  
 simo septimo extinctum fuisset, his sub-  
 actis, ejusdem Cæsaris Filii Longobar-  
 diam partiti sunt cum Græcis, qui sibi il-  
 lam tractu temporis integram quidem  
 subjecerunt, in nono autem, & decimo  
 Sæculo a Saracenis potissima illius par-  
 te exuti sunt. Horum potentia admo-  
 dum crevit, donec illos Normanni, Fie-  
 rabracii, Droceses & Robertus Guiscar-  
 dus Calabriae & Apuliae Dux in Sæculo  
 undecimo inde penitus expulissent; hu-  
 jus dein Ducis imperio parebant Norman-  
 ni usque ad connubium Henrici IV. qui Ficrabras  
 Friderici Ænobarbi Imperatoris Filius  
 anno salutis millesimo centesimo octoge-  
 simo sexto Constantiam Rogerii Apuliae  
 Ducis